 176

niſi adeo eēt exceſſus enormis: vt merito eſſet ſedes apl̄ica ↄſulenda: Boniſa. ⁊ Alexā. virtute
Itē predicti prelati poſſunt diſpenſationez obtinere a ſuis ↄfeſſoribus ⁊ abſolutionez ſuper ſuſpenſione ⁊ irregularitate quā contraxiſſent: ex eo ꝙ ꝓtuliſſent ſñias ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſine ſcriptis ex incautela. Clemens Exigētibus. videtur autē eſſe differentia talis inter ſuſpenſiōꝫ depoſitionem ⁊ degradationem ſtricte ſumēdo ipſos terminos: nam large frequenter recipitur in iure vnuꝫ ꝓ alio. vt di. 46. clericus. Primo ſuſpenſio videtur importare ꝑuationem executionis legitime ordinis vel officij eccleſiaſticorum ſimpliciter vel ad tempus: ⁊ cum ſpe diſpenſatōnis: que quandoqꝫ a iure quandoqꝫ a iudice infertur. Depoſitio importat ꝑuationem executionis legitime officiorum ⁊ beneficiorum eccleſiaſticorum poſſeſſiōis ſimpliciter ⁊ ex toto abſqꝫ ſpe reſtitutionis: retento tamen ꝑuilegio clericali: quia cōueniri non poteſt ī iudicio ſeculari nec capi nec puniri a laicis: ⁊ fit per ſñiam hominis cōmuniter: nec poteſt inferri hec pena ab inferiori epiſcopo qui hoc agere poteſt ergo ꝓpriuꝫ ſubditum aſſiſtente ſibi canonico numero epoꝝ ſi eſt in ſacris: alias ſufficit propria ſententia epi ſine aliorum preſentia. Depoſitus autez ⁊ degradatus reſtitui nō poteſt ad officia ſua niſi per diſpenſationem pape. Item vbi in iure dicitur ſuſpendatur vel degradetur: cōminatio eſt ſententie ferende non lata ſñia: vt. 35. di. epiſcopus. Degradatio vltra penam depoſitionis hoc addit: quia priuatur ꝑuilegio clericali cum certa ſolennitate: character tamen ei auferri non poteſt nec a quacunqꝫ creatura: ꝗuis Ioh. an. videatur tenere contrarium ſcilicet ꝙ poſſit ei auferri fm Tho. in. 4. ⁊ Io. in glo. di. 50. accedens. ⁊ Inno. tenet ꝙ non. De modo ⁊ forma degradationis habes extra de penis in. c. degradatio li. vi. ⁊ in ſumma piſana. ¶ Nota tamē ꝙ non omnis degradatus eſt tradendus curie ſeculari: ſed ſoluꝫ in tribus caſibus. ¶ Primus eſt ī crimine hereſis: extra de here. c. ad abolendam. ⁊ hoc niſi ad penitentiam incontinenti redire voluerit: ſed ſi relabatur: non plus parcitur ei. ¶ Secundus in falſario litterarum pape: extra de crimine falſi. c. ad falſariorum. ¶ Tertius cum quis deponit ꝓpter talem calumniam quā tulit ſuo epiſcopo. z. q. i. ſiquis ſacerdotum. Unde cū in curia romana his temporibus quidam ſacerdos interfeciſſet ſacriſtam ſancti Petri ſacerdotem vt ſic rapere poſſet bona ſacriſtie: requiſito conſilio peritorum ſuper hoc conſuluerunt ꝙ non debeat ꝓpter hoc tradi curie ſeculari ad occidenduꝫ fm iura: ſed poni in perpetuum carcerem vel caueā ibi ſubſtentandum pane doloris ⁊ aque anguſtie. Papa tamen Martinus de plenitudine poteſtatis illum degradatum fecit tradi ſeculari curie ⁊ ſic fuit occiſus. Poteſt etiam nihilominus per ſolum epm̄ ſuum conuocatis abbatibus et alijs religioſis ⁊ prelatis ⁊ litteratis ſue diocesis quando ſacerdos vel alius in ſacris fuerit curie ſeculari ꝑ hereſi tradendus vel degradādus ſicut ei videbitur expedire: extra de here. c. quoniaꝫ li. vi. Hec autem degradatio cum quis propter hereſim vel aliud ē tradendus curie ſeculari ſic fienda: preſente poteſtate dicit degradans vt in forum ſuum recipiat degradatum: debet tamen intercedere pro eo ꝙ non moriatur: extra de verbo. ſig. nouimus.

¶ Titulus. xxviiij. de irregularitate. Quando contrahatur irregularitas propter indebitaꝫ executionem ordinum vł officiorum diuinoꝝ. c. i.

IRregularitas ſic diffinitur a ſpeculatore ꝙ ē nota ſeu impedimentum canonicum ex facto ſeu defecto ꝓueniens: qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines ꝓmoueri ⁊ in eiſdeꝫ miniſtrare. ¶ Irregularitas contrahitur multis modis ⁊ cauſis: ⁊ ad ſciendū qñ quis efficitur irregularis ex indebita celebratione vel executiōe ordinis. Io. cal. ponit talē diſtictionē. Celebrās aut vtens officio ordinis aut ē femina aut ē maſculus: ⁊ ſi ē mulier ſiue laica ſiue religioſa nō efficitur irregularis: quia cū non ſit capax ordinis clericalis nō cadit in ea irregularitas: ꝑ quā qs īpeditur in ordine vel ordinis officiū celebrare ſumit̄ hec ratō ex. c. debitū de biga. ⁊. 33. q. 5. hec imago. Si ergo mulier excōicata vel interdicta vel in loco īterdicto vł īdebite tractet officia ſacra temere agit ⁊ puniri debet: de pe. ⁊ re. noua. nō tñ ē irregularis. Si eſt vir: tūc aut ē furioſus aut ſane mentis. ⁊ ſi furioſus ꝓpter quācunqꝫ celebrationē non efficitur irregularis nec peccat. Idē de infante ī cle. ſi furioſus de homi. Si ſane mentis. tunc aut talis eſt laicus aut clericus: ⁊ ſi laicus ē ⁊ cū ſolēni apparatu alicuius ordinis celebrauit. ſ. exequendo actū alicu⁹ ordīs ſiue conuerſus ſit alicu⁹ religiōis ſiue ſecularis: licꝫ hoc ſit rigoroſum: videt̄ ꝙ ſit irregularis: de cle. nō or. mi. c. i. nec cū tali vt valeat ꝓmoueri alius ꝗꝫ papa poteſt diſpenſare: ſicut ⁊ cū ordinato ⁊ ſuſpenſo celebrante alius ꝗꝫ papa nō diſpenſat. ergo idem eſt in iſto caſu: non tamen hoc videtur intelligendum de ordinibus ſacris ⁊ apparatu nam officia minorum ordinum licite fm Tho. ī. 4. ⁊ alios doctores pn̄t exerceri ēt ab illis qui nō ſūt ordīati ī ipis. Si autē hoc agit ſine ſolēni apparatu: talis nō efficit̄ irregularꝭ: ſi vo ē cleric⁹ tūc aut celebrat ī ordīe quē nō hꝫ: aut ī eo queꝫ hꝫ ⁊ ſi p⁹mō hoc agēs ī ordīb⁹ ſacrꝭ ē irreglaris

De ſubdiaconatu tamē dicit Guilhel. ꝙ ſi eſt in minoribus poteſt cantare epiſtolaꝫ dummodo ſine ſolemnitate. Et addit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Inno. ꝙ ē hoc licitum quando deeſt ſubdiaconus: ⁊ tunc etiam cãtet ſine ornamentis ſubdiaconi: ſed ſolēnis apparatus ſubdiaconi videtur eſſe manipulus. Dicit etiã Pe. de pal. i. 4. ꝙ tunicellam licet etiam nō ſubdiacono portare: qꝛ non eſt ei propria veſtis ſicut manipulus: quem nullus inferior ſubdiacono portare debet: hec Pe. Unde ſi talis cantet epl'am cum tunicella ſine manipulo tamē ⁊ non porrigendo calicē diacono vel ſacerdoti: quod eſt proprium officium eius et principalis actus ordinis: talis et vbi eſt conſuetudo ꝙ etiam in minoribus cantet epiſtolã: illo modo nō videtur irregularis: ſecꝰ aũt vbi cũ manipulo et porrigēdo calicē: vl' vbi nō ē mos ꝙ cãtent niſi ſubdiaconi. de alijs ordinibus ſuperioribꝰ nō eſt queſtio: qꝛ ſine dubio incurrit irregularitas. ¶ Si vero clericꝰ celebrat in ordine quē habet: tũc aut eſt excõicatꝰ maiori vel celebrãs vel officiũ exercēs in loco interdicto ab homine vl' a iure aut ē ſuſpenſꝰ. Si primo mõ tũc in vtroq; cãu efficitur irregularis: et īdiſpēſabilis niſi ꝑ papã: de ſen. excõ. c. is q li. vi. Dicit tñ Guil. ꝙ ī miorībꝰ ordībꝰ ꝯſtitutꝰ miſtrãdo ſeu exercēdo officiũ ſuũ ⁊ cũ ſolēnitate: cuꝫ ē excõmunicatꝰ nō efficit irregularis: qꝛ illa duo c. ſiqs eps .i. ⁊ .z. xi. q. 3. nō loquūt de eis. et pene ſũt reſtrigēde: ſecus de ſubdiacono: ſed ſine ſolēnitate legēdo epl'aꝫ ſubdiaconꝰ vl' diaconꝰ vl' pſbyter excõmunicatꝰ: credũt qdã ꝙ ñ incurrãt irregularitatē. Si aũt clericus ē ſuſpēſꝰ ſumēdo ſtricte ſuſpēſiōeꝫ .ſ. quo ad ſe ⁊ quo ad alios: nã q ē ſuſpēſus quo ad ſe tñ: puta ꝓpter mortale quodcũq; vl' ꝓpter minorē excõmunicatiōem vl' ꝓpt iniũctiōeꝫ a ꝯfeſſore: talis celebrãs vllã incurrit irregularitatē: vt ſupra dictũ ē. Sed ſuſpēſus quo ad ſe ⁊ alios aut eſt ſuſpēſus a canone aut ab hoīe: ſi ab hoīe ſiue iudice: tũc aut ignorauit ignorãtia ꝓbabili: ⁊ tũc nō efficit irregularis: aut ignorãtia craſſa ⁊ ſupina: ⁊ tunc ē irregularis: ⁊ multo magis ſi ſciuit ſe eſſe ſuſpēſũ: et hoc quomõcũq; ſit ſuſpēſus ſiue ſit ſuſpēſꝰ ſimpliciter ſiue ad tps determinatũ vl' nō determinatũ: ⁊ ſi ratōe defectꝰ vl' īfamie: puto talē durãte ſuſpēſiōe celebrãteꝫ eē irregulareꝫ nec poſſe ſecũ diſpēſari niſi ꝑ papã: ad hoc. xi. q. 3. ſi qs pſbyt. z. q. 5. pſbyt. d ſē. ex. cũ medicial' li. 6. Si vo eſt ſuſpēſus a canōe: tũc aut ratiōe criminis aut ratiōe defectꝰ aut ratione īfamie vl' ſcãdali. ſi primo modo: tũc aut ſimplicit ē ſuſpēſus: et ſic celebrãdo ē irregular .z. q. 3. ſi qs eps. aut ē ſuſpēſus ad tps: ⁊ tũc aut ad tps determinatũ: et tũc aut cũ cõditōe ꝙ ſatiſfaciat: aut cũ conditiōe donec pēiteat. ſi cũ ꝯditōe donec ſatiſfaciat: vt .81. di. ſi q ſũt. ⁊ .c. ſe. ⁊ de coha. cleri. ⁊ mulie. c. ſicut. et in cle. in .c. ꝑmo cũ ſimilibꝰ de decimis. Et tũc licet quidã cõtra. puto ſi ſic ſuſpēſus ante abſolutiōꝫ celebrat ē irregularis: qꝛ in hoc factuꝫ iudicis ē neceſſariũ: vt habeat ꝓ abſoluto: vt dixi d eta. ⁊ qualita. ordi. c. cũ bone. ⁊ ſic cũ factũ hoīs ſit neceſſariũ: ſequit ꝙ ad ſuſpēſionē dei canon aliqd dedit: vt i. d. c. ſic de coha. cle. et muli. Si vero ē ſuſpenſus cũ conditione donec peniteat: vt extra de elec. c. officij. ⁊ tunc equũ ē tenere ꝙ interī celebrãdo ñ efficiat irregularis: qꝛ talis ſuſpenſio videtur eē dei ad quã nihil addit canō: nec vt habeatur ꝓ ſublata aliquid factũ ē neceſſariũ: ⁊ ideo dicendũ ē de ea vt de ſuſpenſione dei tantũ. Si ſecundo mõ ſit ſuſpēſus a canone .i. ratione defectus ordinis. tunc aut ratione defectus ordinis aut ratione alterius defectꝰ. Et ſi ratione defectꝰ ordinis: vt cleric' per ſaltũ ꝓmotꝰ quē habet nō ē irregularis qtum ad ordinē obmiſſũ in quo ſi exercet officiũ anteq; recipiat ē irregularis: ſed celebrando ī ordine ad quē per ſaltum ē ꝓmotus quē habet: nō ē irregularis. di. 52. di. ſolicitudo. Si ratione alterius defectus: vt bigamus illegitimus corpore viciatus ordinatꝰ ante etatē legitimã vel a nō ſuo epo: hoc caſu cõcordant oēs ꝙ celebrando nō ē irregularis: qꝛ hoc nō ē expreſſum in iure. ⁊ qꝛ qñ curia mandat cũ iam ordinatis in ſupra: ſcriptis defectibꝰ diſpēſari: nil dicitur de irregularitate. di. 56. apoſtolica. ⁊ c. cenomañ. Stilus autē curie ē attēdēdus de cri falſi. c. qgraui. nec obuiat ꝙ ordinatio facta ante legitimã etatē vel a nō ſuo epo fuerit cũ peccato: qꝛ ꝑncipalis cã ꝓpter quaꝫ diximus tales ſuſpenſos ē defectus nō peccatũ: ergo ratione defectus nō crimine tali cenſendus ē ſuſpenſus. ⁊ hac ratiōe puto ꝙ licet irregularis ex celebratione diuinorum ſit ſuſpenſus a canone ꝓpter hanc irregularitatem: ſi tamen alias non ē ſuſpenſus a iure vel ab homine: puta qꝛ abſolutus ē ab excõicatione ⁊ ſuſpēſione: ſꝫ nō ē ſecum diſpenſatum ſuper irregularitate: vel non ſuſpenſus contrahit irregularitatē talis non contrahit nouam irregularitatem quia hoc nō ē expreſſum in iure. Si tertio modo ē ſuſpenſus a canone .ſ. ratione ſcandaliꝰ vel infamie: ⁊ tunc celebrãdo nō ē irregularis: de cle. pere. c. i. Sꝫ bene faciunt alli abſtinendo ꝓpter infamiã q ē cõtra illũ vel vt ſcandaluꝫ euitetur. Et ꝑ hoc ſequitur ſm Inno. ꝙ illi quorũ crimīa ſunt notoria: qui etiaꝫ poſt penitentiã ꝓhibent celebrare ꝓpter ſcãdalum ⁊ īfamiã: vt de coha. cle. ⁊ muli. c. ſi. ſi ante abſolutionē celebrant nō īcurrunt nouã irregularitatē. ex allegatione quã facit videtur intelligere de notorio fornicatore qđ piũ ē tenere: et quod notatur in dicto. c. de ſen. excom. li. vi. ītelligatur de notorio fornicatore ante pñiam celebrante ne videatur ſibiipſi contrararius: tamen de rigore ſola penitentia non tollit ſuſpenſioneꝫ canōis in notorio fornicatore: vt videtur expreſſum .l. di. ꝑuenit. quia requirit factum iudicis: vt ſupra dictum ē de ſuſpenſo a canone donec ſatiſfaciat. Sed abſolutione facta a ſentētia canonis a q pōt hoc caſu eps abſoluē: qꝛ ꝯditor canōis ſibi non reſeruauit: ſi penitet remanēte irregularitate quã ꝯraxit hꝰmōi fornicator notorꝰ ex cele

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bꝛatione diuinoꝝ:dicit enī ipſe Inn.ꝙ talis ce
lebꝛans anteq̄ȝ peniteat efficitur irregularis īdi/
ſpenſabilis niſi per papam:ſed anteq̄ȝ ſecum di
penſetur celebꝛando etiam penitens.i. dimiſſa
ꝯcubina nō ꝯtrahit nouā irrgularitatem:⁊ foꝛte
talis fuit intentio Innoc.hic:hec oīa notantur ꝑ
Anto.de butrio ſuper.c.ſi celebꝛat.de cle.excō.
mi.Sȝ abbꝛeuiata aliqualiter ſunt ⁊ mutato ali
qualiter oꝛdine additis ſolum ī tribus locis:vt
patet dictis bꝛeuibus Tho. Pe.de pa. ⁊ Guil.
Nota tamen ꝙ ex pꝛecedentibus videtur ꝙ oꝛ
dinatus ante legitimā etatem ſit ipſo iure ſuſpē
ſus ab executione oꝛdinis ſic recepti.ſed ſolēnes
doc.tenēt contrariū cōmuniter:videlicet Ray.
in ſumma Guil. in glo.eius archi.in roſario di.
77.Her.de cle.per ſal.ꝑmo.c.i. An.de bu.ex/
tra de tempo.oꝛ.vel nō ē compoſ. Pau.ð leaȝa.
⁊ Fran.de ȝab.ſuper cle.generalem.hi oīs di/
cunt ꝙ talis non ē ipſo iure ſuſpenſus: ſed ſuſpē
dendus:⁊ interdicenda ē ei aſſecutio oꝛdinis re
cepti ante legitimā etatem vſq̄ȝ ad etatem legiti
mā:⁊ ſi poſtq̄ȝ fuerit ei interdicta a iudice ſuo fu
erit vſus oꝛdine tali ante legitimam etatem erit
irregularis:ſi autem nō fuerit eiꝰ interdicta : ⁊ ſic
vtitur oꝛdine ante legitimam etatem recepto nō
eſt irregularis:vt dictum ē. Idem etiam audiui
a quibuſdam peritis.

De irregularitate ꝓpter homicidium vl' mu
tilationem.c.2.

Contrahitūr etiaȝ
irregularitas ꝓpter homicidiū vel muti
latione membꝛi. Pꝛo cuius declaratione nota
ꝙ cū homicidiū vel membꝛi mutilatio fieri con
tingat mente ſolum verbo ⁊ ope:ſi ſolū mente fi
at:nunq̄ȝ inducit irregularitatem:quia lex ꝓmo
tionis factum requirit.15.q.i.c.ſi.imo ⁊ ſiquis vi
bꝛet gladiū aīo occidendi ⁊ tamen nō ſequit' ef/
fectus moꝛtis vel mutilatitonis nō incurrit irre
gularitatem:etiā ſi vulneraret:⁊ certum ſit ꝙ nō
ē moꝛs ſecuta vel amiſſio mēbꝛi neq̄ȝ directe vl'
indirecte.qđ ꝓpterea ꝯdico quia ſi vulnꝰ intuliſ
ſet:non de ſe moꝛtale:⁊ vulneratus vel ꝓpter im
peritiam medici vel ꝓpter defectum cuſtodie :
quia.ſ.nō cauet ſibi a noxijs moꝛtuus ē.vulne/
rans ē irregularis ſm Lau. extra de homi.c. pe
trus.qđ dictū allꝰat Pe.de ancha. Nam ſi vul/
neratū ad moꝛtem nouo ictu accelero moꝛtē vl'
alio modo homicida reputoꝛ:dicit ideȝ. Illi au
tem qui interſunt vindicte ſanguinis ſeu moꝛti ⁊
nō pꝛeſtant cōſiliū vel auctoꝛitatem nō ſunt irre
gulares ſm Innocen.⁊ Guil.etiā ſi appeterent
illius moꝛtem.qui videt aliquē occidi ⁊ delecta
tur:⁊ poſſet etā ſine ſui periculo liberare ſi vel
let:q̄uis peſſime faciat:non tamen ē irregularis
ſicut nec etiam medicus qui dimittit infirmum
moꝛi nolens mederi:⁊ diues qui dimittit paupe
rem fame moꝛi.15.q.i.ſiquis iratus. Uerbo aūt
contrahitur irregularitas tripliciter.ſ. mandato
defenſione ⁊ conſilio. Mandato quidē quādo
mandat occidi aliquē vel mutilari ⁊ ſequitur ef
fectus.di.i.ſiquis viduaȝ.ſi tamē reuocaſſet mā
datum ⁊ expꝛeſſe ⁊ ſine vlla fictione ꝓhibuit et
anteq̄ȝ ſequeretur effectus nō ē irregularis ſm
Inno.extra de ſimo.ſicut tuis. Sȝ ⁊ ſiqs man/
dat aliquē verberari inhibens expꝛeſſe ne occi
dat vl' mutilet:⁊ ille nihilominus occidit vl' mu
tilat ē irregularis mādatoꝛ ſicut executoꝛ: quia
mandādo in culpa fuit:extra eo.is qui.li.vi. Itē
epus vel alius pꝛelatus qui habet iuriſdictionē
tempoꝛalem debet conſtituere iudicem ſecula/
rem q audiat cauſas pꝛecipue ſanguinis ⁊ illi po
teſt ⁊ debet pꝛecipe ꝙ faciat vniciuq̄ȝ iuſticiam
ſi autē talis iudex interroget eū ī ſpāli quid agē
dū in tali q.ſ.meret' penā ſanguinis:pōt reſpon/
dere cōſule peritos:⁊ caueat ne ꝓpter ſuā reſpō
ſionē directā vl' indirectā ille intelligat ꝙ debȝ
eū ſanguīe punire ſm Ray. Si ex hac.ſ.reſpon
ſione reus occideretur vel mutilaretur : eſſet ir
regularis. Poteſt etiaȝ pꝛelatus delegare alicui
ſpāliter ſuper aliquo maleficio ⁊ huiuſmodi ī iu
iuriſdictione ſua cōmiſſo: vt inquiſita veritate
iuſticiam exequatur:⁊ ſi cui cōmittitur ſic: exeq̄
tur ⁊ occidat:nō ꝓpterea ille ꝑlatꝰ ē irregularis
extra ne cle.vel mo.c.epus. Itē nō ſolū iudex in
cauſa ſanguinis vbi ſequitur effectus ē irregula
ris:q̄uis ſi recta intētiōe ⁊ debito ꝓceſſu agat
iuſte faciat ⁊ meritoꝛie.di.51.aliq̄ntos.ſed etiaȝ
aſſeſſoꝛ teſtis notarius ſcribens vl' ꝓferēs ſn̄iaȝ
vel ſcribens atteſtatiōes vel legēs dū publicant'
vl' ſcribens vl' dictans litteras ꝑ vidicta ſangui
nis:oēs hi irregulares ſūt.qꝛ cooperat' ī māda/
to ſn̄ie ſm Ray.di.50.ſiquis.⁊ extra ne cler.vel
mo.c.ſn̄iam.ſȝ ſi ī huiuſmōi ſn̄ia nō eēt ſecuta ef
fectū ſm Guil.q̄uis ſint irregulares:epus pōt ſu
per hoc diſpenſare. Pꝛinceps aūt q legē ꝯdidit
cuiꝰ legis auctoꝛitate hoīes ſūt traditi moꝛti: nō
efficit' ꝓpt' hoc irregularis:vt dicūt quidā ⁊ bn̄:
qꝛ īcertā ꝑſonā nō aīaduertit:ita notat Archid.
23.q.5.officia.

Homicidiuȝ verbo de
fenſiōis ꝯmittit' triplicit':vno mō qꝛ defēdit cāȝ
ſāguis.i.mutilatōis vl' moꝛtis:⁊ hoc ſiue ad vo
cē ꝑ actoꝛe ſiue ꝑ reo:cū actoꝛ obliget' ad penā
talionis:qꝛ agēdo ꝑ reo agit ꝯtra actoꝛē:vn̄ ſi ſe
q̄t' effectus ē irregularis q̄tūcūq̄ȝ iuſte aduocet
indiſpenſabilis niſi per papā:ſed ſi nō ſeq̄t' effe/
ctus ē diſpenſabilꝰ ꝑ epm ſm Guil. Scđo mō
ē cū qs ſuadet his q volebāt defendere occiſuȝ
ne defendant:⁊ hoc facit coꝛrupta intentione vt
ille moꝛiat'. Nam ſi pater vel mat' vel alius ꝯſā
guineus ſeu amicus retrahet amicum ſuum vel
filium volentem a moꝛte liberare : quia timet
ne ipſe ibi adiuuando occidatur non eſt irregula
ris. Tertio modo cum pꝛelati vel alij clerici

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad defenſionem rerũ ſuarũ ponunt q̃relã de ma
lefactoribus ſuis:ſeu q eos dãnificauerũt penes
iudicẽ ſecularem:⁊ emendã petant ſibi fieri ⁊ ꝓ
uideri:ne talia pſumãt contra eos.ſi huiuſmo
di querelis iudex mortẽ inferat:exigẽte iuſticia
nõ ſũt irregulares dĉi clĩci:ſi ꝓteſtati ſũt expreſſe
ꝙ penã ſanguĩs nõ ĩtẽdũt:ex co.ti. platus.li.vi.
Item licitũ ẽ prelatis eccl̃iaſticis ob defenſionẽ
rerum eccl̃ie vel fidei inuocare contra violẽtos
brachiũ ſeculare ⁊ hortari tales quidẽ ne occi/
dent vulnerent vel mutilent:q2 hoc eẽt directe
ad homicidiũ ꝓuocare:ſ3 eccl̃iã3 patriã fidẽ de/
fendant liberent:⁊ terram ab ĩfidelibus occupa
tã ad chriſtũ reducant:⁊ ſuꝑ hoc eccl̃ia facit ma
gnas remiſſiones:⁊ licet hincinde aliqui occidã
tur:nõ ẽ prelato ĩputandũ:ĩmo peccaret:niſi con
tra tales ſe opponeret:de homi. poſtulaſti.⁊.23.
q.3.c.maximianus.2.q.8.igitur.⁊.c. hortatu.⁊.c.
ſcire. ¶ Homicidiũ verbo ↄſultationis cõmitti
tur rñſione pſuaſione ⁊ approbatione. Reſpon
ſione quidẽ puta querenti an liceat occidere pa
ganum vel iudici malefactorẽ:ſi rñdeat ꝙ licet
ꝑpendens ꝓbabiliter ipſe reſpondens ꝙ interro
gans velit facere ſm cõſiliũ eius:irregularis eſt:
di.50.ſiquis.ſecus autem de reſponſione genera
li cognitionis vel opinionis:ex qua nõ credit ali
quẽ inde iudicandũ vel occidendũ. ¶ Dicit Ar
chi.23.q.8.peſſimã.ꝙ ſi iudex laicus interroget
clericũ quid agendũ de aliquo qui eẽt pena ſan
guinis de iure puniendus. Poteſt clericus rñde
re:hoc non pertinet ad me ↄſulatis peritos:⁊ ca
ueat ſibi clericus ne ꝓpter ſuã rñſionẽ directam
vel indirectã intelligit iudex ꝙ debet ſanguine
puniri ſm Ray. Dicũt quidã tamẽ ꝙ põt dicere
ꝙ puniat eũ ſm ꝙ ius dictauerit:dũmõ nõ exꝓ
mat ꝙ puniat eum ad ſanguinẽ vl̃ mortẽ: vt no
tat Hug.di.3.oĩs. S3 ipſe archi.ſuper dicto.c.oĩs
dicit iſtud dictũ.ſ. Hugonis põt intelligi eẽ ve2
qñ crimen nõ ĩminet puniẽdũ:alioquin ſi ex cõ
ſilio ſuo.ſ.reſpondẽdo ſiue ſpãli ſiue generali ſeq
tur ꝓpinquũ homicidiũ:irregularis ẽ ſm Hoſt.
extra de homici.ſicut dignu3.approbatiõe:vt cũ
quis audit aliquos velle facere homicidiu3 ſiue
noĩe ſuo ſiue alterius ⁊ ipſe approbat:vel cũ tra
ctatur a pluribus de morte alicuiꝰ in ↄſilio ⁊ ipſe
cũ aliis aſſentit ⁊ ex hoc ſequit̃ homicidiũ:ſecuſ
ſi ꝓhiberet. Siqs conſulit alteri ꝙ occidat:⁊ añ
factum reuocat cõſiliũ:ſed firmiter credit ꝙ illa
reuocatio non valet ad impediendũ homicidiũ
ſi nõ indicat ei qui ẽ occidendus vt ſibi caueat:
ẽ irregularis:ſi autem ſolã reuocationẽ firmiter
credit ſufficere:nõ erit irregularis:ex quo reuo/
cauit conſiliũ.i.4.quia preſulatus.ſm Inno.
Perſuaſione cõſilij cõmittitur homicidiu3 ſiue
incurritur irregularitas ſiquis perſuadet alicui
vt exponat ſe ꝓ periculo ꝓ iure ſuo vel pro pa/
tria:ſi ſcit eum veriſimiliter moriturũ ⁊ mors ſe
quatur:irregularis ẽ ſm Inno. ⁊ Hoſti. ſecus ſi
conſulẽs hoc non eſtimabat.23.q.3.ꝓ membris.

Sed ſiquiſ ſuadet alicui ꝙ ĩdubitanter ſe morti
exponat pro chriſto ⁊ eccl̃ia:non erit irregula
ris:licet ſequatur mors ſm Inno.⁊ Hoſti. Item
ſi volenti fugere ĩimicos ꝓpter timorem mort
conſulet quis ꝙ remaneat ⁊ procurabit pacem
⁊ ſic remanens occiſus ẽ ſm Guil.ſi non hab3 ꝓ
babile3 cauſam credendi ꝙ illi ĩmineret pericu
lum mortis irregularis ẽ:ſecus ſi habuit ꝓbabi
lem cauſa3 credendi:puta quia ĩimici illius erãt
ei cõiuncti:ꝙ merito potuit preſumere ꝙ potui
eis ꝓhibere. Item ſiquis conſuluit:non homi/
cidiũ quide3:ſed aliud vñ ſecutu3 eſt homicidi
um ẽ homicidiũ:ſm Inno.diſtinguendum ẽ:q2
ſi veriſimiliter potuit eſtimare ꝙ inde ſequeba
tur mors:irregularis ẽ.vt ſi ſuaſit iactũ machie
vl̃ baliſte:vel ꝙ eat ad capiendum caſtrũ qđ nõ
poterit de facili capi ſine morte hominu3:⁊ ſic
mors eſt ſecuta. Si vero nõ potuit eſtimari ꝙ
nec erat veriſimile ꝙ ſequeretur mors:tũc ſi cõ
ſuluit ſuper re illicita:eſt irregularis ſi ſeqtitur
mors.extra eo.continebatur.⁊ idem ſi mandat.
ſecus autem ſi conſulit rem licitam:⁊ eo modo
diſtinguitur ſi is cui co.ſulit nõ occidit:ſed occi
ditur. Ite3 qui conſulit ꝙ infirmus vertatur:vt
ĩfirmus citius moriat̃:ſi ex tali tranſuerſione citi
us moritur:conſulens ẽ irregularis:⁊ qui hoc fa
cit etiam ſm Guil. ¶ Itẽ ſiquis clamet latrones
ſi hoc facit ꝓpter timorem corporis ſui:nam ti/
met ne aliqui velĩt eũ occidere:nõ ẽ irregularis
quia non intendit mortem alicuius:ſed ſui libe
rationem pro qua licet implorare auxilium ſm
Inno.ſed ſi non ꝓpter hoc facit ⁊ intelligere po
terat ꝙ ex clamore vel alio actu ſuo homicidiũ
ſequi poterat:irregularis ẽ:idem Hoſti. Itẽ ſi cũ
ducitur latro captus dicit ei aliquis claudite ei
os ne clamet:⁊ latro occiditur:credit Guil.ꝙ q
illud dixit ſit irregularis:quia iuuit ducẽtes dã
do conſilium:⁊ eodem modo ſi querentes male
factorem indicauit eum:niſi forte ignorauit:et
ignorare probabiliter potuit neſciẽs ꝙ ad mor
tem quereretur.

## Homicidium facto cõ

mittitur tripliciter:quia neceſſitate: caſualitate
⁊ voluntate. Homicidiũ neceſſitate eſt duplex:
quia aut neceſſitas eſt ineuitabilis aut euitabil̃
Siquis ergo occidat vel mutilet ex neceſſitate
ineuitabili.i.ita artatus vel angulatus ꝙ nec fu/
gere nec clamare nec aliter poteſt ſe iuuare niſi
occidat vel mutilet non eſt talis irregularis:ex/
tra de homi.c.ſi furioſus ĩ cle.quia vnicuiq; vi
vi repellere licet cum moderamine inculpate tu
tele.di.i.ius naturale.ſed ſi hoc faceret ad defen
ſionem parentum ſuoru3 vel ſociorum non eua
deret irregularitatem ſm Ioh.an.in addit.ſpe.
idem ſi pro defenſione rerum ſuarum. Item ſi
fugere poſſet:ſed fugienti periculum imminere
poſſet:puta caſure vl̃ velocioris curſus inimici
ĩſeq̃ntis q audacior factꝰ ꝓpt̃ fugã põt de facili

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fugiētē a tergo vulnerare ⁊ ad terram ꝓſtrare ⁊ occidere: dixit zen. vt allꝫ at Pe. ꝺ ancha. ſup cle. furioſus ꝙ ꝓbabilter dici poteſt: ꝙ talis non fugiēs propter predicta nec aliť euadere pōt: ſi occidit nō ē irregularis. Sed infans ⁊ furioſus occidēs quōcūqꝫ nō ē irregularis: vt dicit illa cle. Et dicit Pe. de ancha. ꝙ idem eſt de maiori ſeptennio ſi non ē doli capax. 15. q. i. c. merito. §. ex eo autem. ſecus ſi eſt doli capax. Si autez eſt neceſſitas euitabilis: puta quia aliter euadere pōt: vel quia potuit recedere de loco vbi expectabat īimicos eius venturos: tunc efficitur irregularis nec ad maiores ordines aſcendet īmo nec in ſuſceptis: niſi ex magna diſpenſatōne ꝑmittitur miniſtrare: ⁊ q̄uis zen. dicat ꝙ ſi fugiēdo fuga erat ſibi vituperoſa ⁊ ad dedecus: etſi nō ad periculū perſone: ⁊ propter hoc non fugit: ⁊ ꝓpter hoc occidit: talis euadit irregularitatem. Pe de ancha. non credit hoc verum. ſ. ꝙ talis euitet irregularitatem: ⁊ hoc magis videtur verum.

## Homicidiuz caſuale ad ſciē

dum quando inducit irregularitatem. ¶ Nota diſtinctōnē ꝙ aut quis dat operā rei illicite aut licite: ſi licite et tūc dupliciter: quia aut adhibet oēm diligentiā quā debet aut nō: in primo ergo caſu dando operā. ſ. rei illicite: dato ꝙ preter oēz volūtatē eius ſuperueniat homicidiū vel mutilatio ex opere eius ē irregularis. Unde ſi clericus exercitatione vel venatione iaculum mittit ⁊ caſu hominem occidit eſt irregularis: quia talia opera debēt ab eo eē penitus aliēa. l. di. clerico. Similiter ſi ludo impegit lapidē cōtra aliquem ⁊ ille volens declinare īpegit in aliū lapidem ⁊ mortuus ē: ꝓiector ē irregularis: quia ludus non pius erat: ⁊ idē de ſimilibꝰ. In ſcđo caſu ſi adhibet omnē diligentiā dando operā rei licite: nullam culpā vel irregularitatē īcurrit. ſi cōtingat inde homicidiū: puta ſ̄parabat domū poſuit ſigna ante ea ⁊ clamauit anteq̄ꝫ ꝓijceret tempore congruenti ꝑtranſeuntibus: vel incidit arborez ⁊ cecidit ī partem ꝯtra cōmunē eſtiationē ⁊c. oēs n. caſus fortuiti ꝓuideri nō poſſunt: extra eo. Johānes. ⁊ c. quidā. Unde ſi ſeruus equus vł aliud aial alicuius aliquē occidit ſm Inn. nō ē irregularis dn̄s eius: dū maliciam vel culpā ī mortem nō habuerit. di. l. hi qui arborem. In tertio caſu ſ. vbi nō adhibetur debita diligentia etiā in opere licito incurrit irregularitatē. Unde ſm Hoſt. preſbyter qui mittit puerū ad aquandū equum monens ꝙ caueret de flumine: ⁊ tamen ſubmerſus ē: iudicat eū culpabilem. ſic etiā diaconus q non remouet falcem qua accinctus erat cum ſciret ludi conſuetudniez. extra de homi. c. cōtinebatur. ⁊ ſacerdos qui non remouet cultellum a corrigia cū qua verberabat famulum. extra de homi. c. ad audientiam. ¶ Item ſi clericus capit furē ⁊ tradet eū iudici ⁊ hꝰmōi vt faciat ei reſtituere res ablatas quas alias rehabere non poterat: ſi non habet intentionem corruptam ſcilicet vt intendat mortem furis ipſe capiens: ⁊ ſuper hoc etiam facit proteſtationem ꝙ non intendit vindictam ſanguinis: ſed ſuum rehabere: ⁊ non habet cauſaz ſuſpicandi ꝙ hoc contingere poterat: ſi ſequatur mors illius capti furis non erit irregularis: ſecus autem ſi aliqđ horū defuerit: puta quia poterat aliter rehabere ſua: vel non fecit ꝓteſtationē ⁊ huiuſmōi. extra ꝺ homi. c. ſuſcepimus. Item ſi clericus ſciebat ꝙ aliquis capiatur ⁊ ex illa captione ſequatur mors vel truncatio eius ipſo tamen ignorante factum: ⁊ cauſam ſm Hoſti. videtur irregularis: quia debuit ſuſpicari hoc poſſe euenire. Item ſiquis vł flobotomat aliquē cauſa medicine ⁊ inde ſequať mors ſm Guil. ſi inciſor erat peritus artis et adhibuit debitam diligētiā nō teneť in aliquo: ſimiliť ſi incidendus non habet cōſuetam diſpoſitionē membroꝝ vł neruoꝝ vel venaꝝ ⁊ ꝓpť īciſionē moriť nō tenetur in aliquo inciſor ſm Inno. ſi in hoc nō errauit ꝓpter ſuam inexperientiam: nec irregularis ē. potius enī caſu q̄ꝫ culpa inꝰ huiuſmodi ꝓſumitur mors accidere. 23. q. 5. c. de occidendis. ſecus autem vbi ꝓpter imperitiā accidiſſet vel ꝓpter negligentiam. ¶ Itē quādo dubitat medicus in aliquo potius debet dimittere q̄ꝫ īcidere ſm Hoſti. ⁊ Inno. Phyſici vel chirurgici ſi erant periti in arte ⁊ nil de contingentibus omiſerunt: ⁊ habent ſuper hoc ꝓbabilem cōſcientiā non ꝓhibentur a ꝓmotione: q̄uis mortui ſint infirmi quos curauerunt: ſecus autem qn̄ ſūt imperiti vł negligentes circa infirmos: ⁊ ex hoc ꝓbabiliter credunt vel dubitant infirmos mortuos vel mēbris deperditos: quia ſūt irregulares. extra de eta. ⁊ qualita. c. ad aures. Et ē conſiliū Inno. ⁊ Hoſ. ꝙ qui volunt ꝓmoueri abſtineant a practica medicine: ⁊ precipue a chirurgia q̄ īciſionem vel aduſtionem requirit: quia ī nullo debet vacillare cōſcientia ꝓmouendi. di. 33. laici. Item cuſtodientes infirmū vł ſeruitores eius q vocauerunt minutorez vel porrexerunt ei vinū vel aquā vel non bene cuſtodierūt vnde illi ex freneſi ſe ꝓiecerunt ⁊ huiuſmodi qui īfirmi mortui ſunt: ſed ſm Guil. in oībus his vbi bona fide fiat: non debet de facili quis habere ꝯſcientiam ſcrupuloſam niſi ſit culpa lata ⁊ negligētia diſſoluta: puta ſi cuſtos infirmi frenetici vel furioſi dimiſit eum vt iret in plateam ad ludendū: vł alś dat operam rei illicite: aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit: maxime cū eēt deputatus ad cuſtodiā infirmi: nā ſi certum ē ꝙ inde ex hac culpa mors ſecuta eſt: tales erunt irregulares vel non: ⁊ ſi habet quis conſcientiā ſcrupuloſam: deponat ad conſilium boni viri.

## Homicidiuz opere et

voluntate ſpontanea ſiquis cōmittit veneno ſiue gladio ſiue quomodocūqꝫ etiaz ſine peccato incidit irregularitatē: ⁊ talis non ſolum nō debꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓmoueri:ſed ſi ꝓmotus ē in perpetuum depo
ni:de homici.c.ſicut dignū.⁊.l.di.c.ſiquis.idem
iudicium etiam ſi interficiat ſaracenū vel paga-
num.di.l.clericum.⁊ cum tali nunq̄ diſpenſatur
in ordine vel officio.di.l.miror.etiam ſi ſit occul
tus miniſtrare in ordine ſuo non poteſt: de tem
po.or.c.ſi.poterit tamen cum tali diſpenſari ī be
neficio:de cle.pu.in du.c.z.nec excuſatur ſeu eui
tat irregularitatem ſi hoc facit ex precepto iudi
cis:vt ſatelites q̄uis nō peccet obediendo ſi iu-
ſta ſnīa eſt.z3.q.5.cum miles.ſimiliter non euitāt
irregularitatem qui iuris ignari zelo fidei ⁊ ꝓpē
indulgentiam habendā que dat̄ afferentibus li-
gna ad combuſtionem hereticorum:attulerunt
ligna ad cremandū hereticos:ſi illa materia illa
ta lignoruꝫ cooperata ē ad combuſtionē ⁊ mor
tem hereticorum ſm̄ Guil.ſed ſi illa materia n̄
eſt cooperata:puta quia iam mortui erant quan
do ligna attulit vel anteq̄ accenderetur ignis in
illo materia non ſunt irregulares. Si autem de
hoc dubitatur:melius ē tenere certum ⁊ ſe repu
tare vt irregulareꝫ:extra de tempo.or.ad aures
Idem de clericis qui cum alijs trahunt ad man
ganellum:vnde creditur ꝓbabiliter aliquis mor
tuus:quia.ſ.ſecunduꝫ Guil. melius eſt tenere cer
tū vt dictum ē:ar.de peni.di.z.ſiquis.Item qui
percutit mulierē pregnantem:vel dat ei aliquid
vt faciat aborſum:ſi ex huiuſmodi percuſſione
vel rei datione illa abortitur: ſi iam erat forma
tus conceptus eſt irregularis:ſecus ſi nōdū erat
formatum puerperiū. Et ſi dubitatur vtrum ex
percuſſione vel rei ſumptione ſecutus fuerit ab
orſus vel alia cauſa:vel vtrum eſſet puerperiuꝫ
formatum vel nō:ſi ꝓbabiliter dubitat:debet a
ꝓmotione ⁊ miniſterio abſtinere ne periculo ſe
cōmittat:⁊ multo magis ſi hoc oīno credit:ſi au
tem habet temerariam opinionem:deponet eaꝫ
Guil. Iteꝫ ſiquis aliquid facit vel dicit vnde ac
celeretur alicui mors:eſto ꝙ oīno eſſet alias mo
riturus efficitur irregularis:ſi hoc ē certum:pu-
ta voluit infirmum vt citius moriatur.dicit de-
capitando vt ponat caput in cipo:⁊ ex hoc citiuſ
ponit.dicit aliquiſ ſateliti:vt aptet manariam ne
plures habeat recipere ictuſ ⁊ huiuſmodi:argu.
di.l.ſiquis viduam. Item qui aſſociant homici
dam vt ſi oportet defendant:q̄uis nil aliud faci
ant ſūt irreglāres ſi ſequit̄ mors vl̄ mēbri muti
latio:quinīmo etiā ſi diſſuaſerunt prius illi ho-
micide vt non faceret:⁊ tamen pure volenteꝫ aſ
ſociarunt:extra de cle.pu.in du.c.henricus. Vnō
omnes illi qui de familia rectoris vadunt aſſoci
andum malefactorem:cum ducitur ad mortem
ſiue equeſtres ſiue pedeſtres: cum vadant ꝓ de
fenſiōe ſi oporteret:cuncti ſunt irregulares. Qui
etiam trahunt ad cordam vel aliam torturam
reum ad fatendum maleficium ⁊ ex hoc fatetur
⁊ occidit̄ eſt irregularis. Qui etiā acuit vel por-
tauit manariam cuꝫ quis ē decapitandus:vl̄ mu
tuat vel portat ſcalas:vel portet funes ꝓ aliquo
ſuſpendendo ſimiliter:quia quilibet horum dat
cauſam ꝓpinquā morti alterius:di.50. ſiquis vi
duam.ſecus de eo qui fecit ſcalas vel funes vel
gladium non ad mortem inferendā:ſed ad oēs
vſus ⁊ caſu poſtea aliquis vtitur ipſis ad occiſi
onem.z3.q.5.de occidendis. Qui etiam ſe muti-
lat ex impatiētia vel ſi hoc facit zelo caſtitatis ſi
bi virilia amputādo eſt irregularis.di.55.ſiquis
partem. Item dicit Archi.15.q.1.ſiquis clericus
animo irato vadit ad occidendū aliquē:puta ꝓ
pter iniuriam receptam ⁊ reperiēs ipſum mor-
tuum ab alijs vt ſatiſfaciat animo ſuo amputat
cadaueri caput:q̄uis videri poſſit irregularis:
quia lex ꝓmotionis factum requirit:vt dicit hoc
capitulū ⁊ ꝓpter intentionē cū opere ſubſecuto:
extra de biga.c.nuper.quod ēt tenet Io. in glo.
de peni.di.1.periculoſe.ſm̄ ꝙ cōiter tenēt docto
res.non ē irregularis:quia homo mortuus nō ē
homo ⁊ hec ē veritas:alias ſequeret̄ ꝙ omnes
medici qui faciunt.anotomiā eſſent irregulares
qđ nō ē verū.nec reperitur iſta irregularitas po
ſita ⁊ pene ſūt reſtringende nō ampliāde. Arch.

## Ex homicidio vel mu-

tilatione que contingūt in bello quomodo ⁊ q̄n
do bellatores efficiantur irregulares:q̄tū qdeꝫ
ad clericos Io.cal.in additi.ad dicta Ioh.an.in
nouella extra de homicidio.c.petitio.ſic diſtin-
guit. Clericus aut vtitur armis incontinenti re
pellēdo vim vi ⁊ cum moderamine debito aut
aliter.ſi primo modo:etiam ſi occidet vel muti-
let non ē irregularis:cū.ſ.facit ad ſui defenſiōeꝫ
di.1.ius naturale.ſi aliter facit:tunc aut hoc agit
de licentia pape aut ꝓprio motu.ſi de licētia pa
pe:puto ꝙ in bello iuſto vti poſſit armis offēſi
bilibus:nam inter alia que faciunt bellum iuſtū
ē auctoritas pape vl̄ principis:⁊ tūc ſi occidit vl̄
mutilat nō ē irregularis:ex quo papa dedit ſibi
licentiam.nā cū irregularitas ſit pena per ꝯſtitu
tōnes canonicas introducta ex quo papa potuit
dare licentiaꝫ clerico ⁊ auctoritatem vtendi ar
mis quibuſcunq̄:etiam ſine metu irregularita-
tis dando huiuſmodi licentiaꝫ videtur ꝙ abſtu
lit ab eo incurſionē irregularitatis qđ pōt:quia
cum voluntario homicida poteſt diſpenſare:de
conſe.di.1.c.1.quando papa hoc exprimeret vel
videtur:alias ſecus. Si ꝓprio motu clericus vti
tur armiſ tūc aut ī bello vtit̄ iniuſto aut ī bello iu
ſto. Si ī bello iniuſto tunc planū ē ꝙ n̄ ē ſibi lici
tū ſiue ſuis fauorē p̄ſtet ſiue t̄iorē icutiat aduer
ſarijs:⁊ ſi ibi aliq̄ ſīt occiſi vl̄ mutilati:irregulariſ
ē.z3.q.8.c.1.⁊.ij. Si in bello iuſto:puta ꝓ defenſi
one patrie vel alior̄.z3.q.3.fortitudo.⁊ tūc pote
rit intereſſe ⁊ cū armis defenſionis:non tamen
debet pugnare:ſed hortari poterit.vt.z3.q.8. vt
pridem.⁊ orationibus intercedere.36.di.c.ſi. ſꝫ
cum armis offenſibilibus non debet ibi eſſe:ni-
ſi ea intentione vt ſe defendat:non vt pugnet im
pediente ordinis ꝓfeſſione.z3.q.8.c. clerici.⁊ ſi

in tali bello eſt aliquiſ occiſus vel mutilatus ab ipſo clerico: eſt irregularis. ſi aũt ipſe neminẽ occiderit vel mutilauerit nõ eſt irregularis: licȝ qs ab alijs occiſus ſit vel mutilatus. ad tollendã ãt duplicitatem ambiguũ ad cautelã hoc caſu põt ſibi imponi penitẽtia: ⁊ ſic intelligatur de cle. p cu. c. pſentiũ. vt ibi nõ. in vltima glo. Et hoc credo verum: quicquid notat in ſpeculo ti. z. Si in tali bello clericus vulnerauerit aliquem ſed nõ occidit vel mutilauit: diſtingue aut talis vulneratus fuit: ⁊ poſtea occiſus ab alijs: ⁊ tunc ſubdiſtingue: quia aut habuit animum occidendi dictum clericũ qui vulnerauit: ⁊ ſic eſt irregularis eo. ti. ſignificaſti. ij. ibi ⁊ ſi percuſſor voluntatem ⁊c. 23. q. ſi. c. ſi. aut nõ habuit animũ occidendi: ⁊ iſtud etiam ſubdiſtingue: qꝛ aut vulnus ipſius clerici poteſt diſtigui ab alijs vulneribus: ⁊ tũc non eſt irregularis ſi vulnus non eſt mortale: vt eo. ti. ſignificaſti. aut nõ põt diſcerni: ⁊ tũc ꝓpter dubium irregularis iudicatur: vt in eo. v̄ſiculo. ꝙ ſi diſcerni. res aũt ſuas non videtur licitũ armis defendere cum alioꝝ offenſione. eo ti. ſuſcepimus. hec omnia Jo. cal. ſed in principio ſunt aliquãtulum abbreuiata. ¶ Nota tñ ꝙ ex hoc ꝙ papa dat licentiam clericis ꝙ interſint bello non tamen videtur ex hoc licere clericis vti armis niſi ad ſe defendendũ: non aũt ad occidendum aggrediendo nec etiã paganũ: ſed poſſunt tamen intereſſe ad hortandum alios. 23. q. 8. oĩ ⁊ c. ſequenti. Et ſi occiderent vel mutilarẽt etiã in bello iuſto ſunt irregulares: vt dicit Jo. d̄ lig. Dicunt etiam Inno. ⁊ Hoſti. ꝙ poſſunt clamare capite ⁊ pugnare: ſed non occidere. Itē dicit Hoſti. ꝙ in bello iuſto clericus poteſt dare lanceam pugnanti ante conflictum: non autẽ in bello iniuſto. ¶ Item dicit Ray. in ſumma ꝙ vbi plures repiuntur in pugna in qua aliqui ſunt interfecti vel mutilati ⁊ neſcitur a quibus: q̄tum ad irregularitatẽ omnes cenſentur irregulares: ⁊ qui ſunt ex parte iniuriantium: ⁊ qui ſunt ex parte recipientiũ: ſi illi erant clerici: ⁊ ſic illicite mouerunt arma: di. 51. ſi quis poſt baptiſma. Sȝ archi. dicit. 23. q. ſi. ꝙ iſtud dictum Ray. quidam intelligunt quando clerici erant in culpa: ⁊ hoc apparet ex verbis eius dum dicit. Mouerũt arma quaſi voluntarie ⁊ ſine neceſſitate. nã ſi defenderent ſe vel ſocios neceſſarios: licet aliquis ad defendendũ ſit interfectus ex alia parte: reliqui non interfeciſſent nec interfectores iuuaſſẽt non eſſent irregulares: licet voluntatem occidẽdi habuiſſent: qꝛ lex ꝓmotionis factũ requirit. 15. q. i. ſiquis. c. ſi. Ipſe tamen archi. diſtinguit inter inferentem ⁊ repellentem vim vt repellens ex diſpenſatione ꝓmoueatur ⁊ toleretur in ſuſceptis: dum tamen conſtet non pcuſſiſſe eum: inferens: ſecus quia in culpa eſt: ar. 16. q. 3. porro. Nõ etiam archi. di. 36. ꝙ ſm Inno. ⁊ Hoſtiẽ. ſi quis percuſſit aliquem in iuſto bello: ſi non ſit inde mortuus. vel neminē ſuis ictibus occidat vel mutilet: non efficitur irregulariſ: etiam ſi alij feriant ⁊ occidant: ⁊ ſm goff. dũmodo non ꝓuocauerit eos: eo. ti. ſignificauit. Addunt Inno. et Ber. ꝙ ſi animo occidẽdi pcuſſit aliquẽ: lȝ non letaliter: ſed alij poſtea occidunt: eſt irregularis: quia auxiliũ morti p̄bet. Itẽ ſi clericus cõmodȝ baliſtã in bello ſiue iuſto ſiue iniuſto ⁊ ex hoc ſequatur mors: ẽ irregularis: qꝛ p̄ſtat cauſam propinquã morti: di. 50. ſi qs viduaȝ. Idẽ ſm guil. de mutuãte gladium vel enſem in bello ipo. Dicit etiã laud. vt allegat frã. de zab. in cle. ꝙ illos qui detrudũt hoĩes in carcerẽ ita artum ⁊ aſperum ꝙ incarcerati non viuũt vltra ſex vel octo menſes ꝓpter artatiõem carceris reputat exponentes tales ad hoc homicidas ⁊ irregulares. Hec. n. pena magis ẽ afflictiua q̄ȝ ſi ponerent̄ in patibulo: ⁊ hoc eſt ꝯtra p̄latos qui detrudũt clericos in gabia: vbi veriſimile ẽ ꝙ infra paucos dies morient̄. Fran. ⁊ zen. ⁊ henricus. Hec autẽ irregularitas homicidij quocunqȝ ⁊ quotienſcũqȝ ſit contracta ante baptiſmũ per baptiſmũ delet̄: di. 51. ſi quis poſt baptiſmũ ſm Inn. Goff. et guil. ſed poſt baptiſmũ per ſolum papam diſpẽſatur: quod etiã nõ facile facit: di. 50. miror. Idẽ per totum de mutilatione membri: de homicidio quo ad peccatum ⁊ penam habes in ſecũda parte.

¶ De irregularitate bigamie: ⁊ quomodo octo modis contrahitur. c. iij.

